

argumenti, ergo erit nobilior. Respo. Negatur. Nobilitas non attenditur penes naturas assumptas, sed penes finem: finis fuit vt alter mediator ostenderetur, & alter Doctor. Ideo signa diuersa, & varia.

Ad vltimum. Quando dicitur igitur minor. Respon. maioritas, & minoritas attenditur penes vnionem ideo filius minor, quia vniuit naturam humanam, & quia communicauit Idiomata, dicitur homo: Dicitur homo Deus, possibilis. Spiritus Sanctus, vero non dicitur coluba, sed coluber, & ignis, & alia sunt erga. Et fi dicatur, ergo erat illusio, & error. Respon. quod erant vera quo ad significationem: Non autem erant vera quo ad suas functiones. Nam nec ignis comburebat. Nec columba fecundabat, tamen significabant naturam diuinam munita ac dona. Et quando dicitur quod tenebant. Respon. erat tenor sanctificans non desperans. Hac pro presenti.

LECTIO QVADRAGESIMA SEXTA.

Super Distinctio. 16. Ioan. Bachonis.

In qua ponit hanc conclusionem quod quilibet nouus gradus charitatis non facit nouum indiuiduum. Ad cuius intellectum.

- 1. Pono, continuationem cum antecedenti dist.
- 2. Dicam quid indiuiduum.
- 3. Quot indiuidua.
- 4. Constituentia indiuidua.
- 5. Probationem difficultates, & solutiones.

Quo ad continuationem, ad quid agere de indiuiduis: optima est connexio. Conclufit Bachonus, quod gradus precedens charitatis, non corrumpitur ex aduentu subsequens gradus intensi, ergo quis dicere potest, ergo remanet actu, si actu remanet, ergo ens indiuiduum. Si indiuiduale, ergo incommunicabile. Indiuiduum dicitur esse indiuiduum in se, & diuisum a quocunq; alio. Indiuisum in se, quia non potest partiri in alia indiuidua, & diuisum a quocunq; alio, quia constat ex propria forma, & conditionibus quæ minime alijs non possunt conuenire, ergo. Aut communicatur. Aut non communicatur, si non communicatur, non potest esse actiue, & si fit actiue, ergo communicatur, ergo corrumpitur, quia panis, & caro communicata transmutatur in aliud, ergo falsa conclusio precedens. Hinc pro intellectu descendo, ad sim propositi, vel ad 3. Quod indiuiduum sumitur multifaria.

Indiuiduum quid.

- Indiuiduum signatum.
- Indiuiduum vagum.
- Indiuiduum accidentale.
- Indiuiduum substantiale.
- Indiuiduum corporale.
- Indiuiduum spirituale.

Indiuiduum multiplex.

Indiuiduum signatum, vt si dixerit: Hic annulus. Hæc Torques. Hic agnus, dicitur esse ens particulare, quoniam habet materiam determinatam in singularitate, & indiuisibilitate. Indiuiduum vagum, si dixerit aliquod animal, aliquod templum. Nam appellatur vagum non hac de causa, quod caret materia determinata, sed quoniam caret conditionibus singularibus. Exemplum. Si dixerit: Homo: Planta: Leo: Smaragdus: Omnia ista habent materiam determinatam in specie, & in vniuersali: carent autem quo ad conditiones singulares, quæ sunt hic, & nunc.

- Indiuiduum accidentale, vt hec scientia, hæc lex.
- Indiuiduum substantiale, vt hic homo: Hic lapis.
- Indiuiduum corporale, vt hoc plumbum quantum, & magnum.
- Indiuiduum spirituale, vt hæc anima: Hic Angelus.

1. Lib. Di. 8. q. 5. art. 2.

Vnde indiuidua dicuntur esse in omnibus rebus vbi datur distinctio, & indiuisio. Sed oportet scire quomodo indiuidua constituentur. Dimitto pro nunc opinionem, S. Thomæ qui vult, quod indiuidua ponantur in esse numerali per esse materia.

Lib. 3. dist. 11. art. 2.

Vnde inquit ratio indiuiduationis animæ dicitur commensuratio illa, quam habet ad corpus. Nam repugnat nostro Doctori: Repugnat Aristoteli: Repugnat Auertoi: Scoto, & Simplicio. Nam omnes isti asserunt, quod indiuiduum per formam, & non per materiam, nec per quantitatem constituitur, & probatur.

Ratione. Ratio est ista. Indiuiduum substantiale de quo loquimur debet esse.
Auctoritate, & Præcepto.
Ens: Distinctum, & Actiue.
Vnum.
Ens, simpliciter.
Distinctum, specie.
Vnum, numero.

Indiuidua-les proprietates.

At nec quantitas, nec materia, dicuntur esse entia per se, quia alterum in potentia, alterum in actu: Non sunt per se existentia, quia Materia per formam actualem existit, & quantitas existit in subiecto: Materia non est vna specie, ergo vnitas à forma, ergo.

2. De Anima tex. 6.

Ideo quando assignantur illæ septem proprietates indiuiduales in aliquo indiuiduo quorum collectio nunquam in alio inueniri possunt. Quarum 1. dicitur esse forma 2. figura 3. locus 4. Regio 5. situs 6. patria, & 7. proles, & nomen apparet quod forma sit prima ratio, & nulla sit mentio de materia, nec de quantitate, ergo.

7. Diuin. tex. 2.

Præterea. Est auctoritatum numerus infinitus, & præcipue.
Aristotelis: Ex Aristotele probatur. Indiuiduum, est hoc aliquid, sed nullum est aliquid nisi sit actus, sed forma est actus, & non materia, nec quantitas, ergo forma in diuidui erit causa, & certissima causa. Idem clarissimum.
Godofredi: Zimara: Ex 7. Metaph. tex. 2. Accidentia non habent esse simpliciter, sed sum esse est inhaerere subiecto, sed subiectum, est indiuiduum, ergo si est subiectum, ergo distinctum, ergo per formam.

Præterea. Ex 7. Metaph. 17. & 28. tex. d. Generationis communis hoc aliquid, ergo forma substantialis facit hoc aliquid, ergo per formam constituitur, & distinguitur.

Ex Auert. 1. de Anima Com. 53. Membra Leonis, non differunt à membris cerui, nisi quia anima differat ab anima, sed anima est forma, ergo per formam constituentur.

Præterea.